

AD D. IOANNEM

Conradum Wieland,

librum de Militari disciplina

CLAVDII FLAMANDI, è Gallica in

Germanicam linguam ver-

tentem.

*Edita quae nuper belli documenta, diserto*

*Gallorum saltem lecta fuere sono:*

*En ea Germanâ vertis, CONRADE, loquelâ,*

*Scilicet ut multis commoda multa ferant.*

*Ingenio inuentum praestanti, laudis honore*

*Condignum est; cum res plena laboris inest.*

*Inuenti alterius seruatis reddere rebus*

*Nunc verbum verbo, gloria maior erit.*

*Inuentor siquidem formas inducit, & omne*

*Thema parat, quae vult libera mens, repetit:*

*Diruit, instaurat, verum haud inuitus, ad ipsum*

*Exemplar versor singula quaeq; rapit.*

*Ergo quod hunc pandit Germanis penna libellum,*

*WIAELANDE, innumero verba nitore ferens:*

*Delectas*